UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CCVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

pœna,in 4.col.de pactis. ¶ Quarto† q̃n dies eſt incer-
tum an,& quando,ea hr̃ pro ꝯditione, l.ſtipulatio iſta,
incertã,& ibi Bar.ff.de uer.obl.& talis dies non in
terpellat,neque cõſtituit promiſſorem in mora,ꝓut
pro euentus cõditionis cõſtituit,ne ſequat̃, ꝙ illo tẽ
pore,quo per euentũ cõditionis quis incipit obliga-
ri,cedere diẽ,ff.de uerb.ſignifi.incipiat eſſe in mo-
ra,quod iura hẽnt pro abſurdo,l.quod dicimus,ff.de ſo
lu. Sed in caſu occurrẽti tẽpus octo dierũ fuit incer
tum an,& quando,ergo poſito, ꝙ fuerit elapſum à die
reditus in patriã, nõ tñ potuit ipſum Hieronymum
in mora cõſtituere, quoniam tale tempus incertum
habetur pro conditione,ut ſupra: Ad conſtituẽdum
igitur in mora ipſum Hieronymum,& ſic ad facien-
dum ꝗ pęnam incurreret,quæ incipit deberi à tem
pore moræ, ut ſupra, neceſſaria fuit hominis inter-
pellatio, ut eſt de mente Bart.in d.l.ita ſtipulatus, la
tiſsime in col.27.cum ſeq.ff.de uer.obli.† ubi etiam
uoluit, ꝙ ſi tempus appoſitum promiſſioni pœnali
eſt certum an,ſed incertũ quando,idem dicendum
eſt,quod ſupra proximè dictũ fuit,videlicet ꝙ illius
euentus promiſſorẽ in mora nõ conſtituat, neq; per
eum dicatur interpellare per plura,quæ ipſe allegat, &
uerũ eſt,ut voluit ẽt Bal.in d.l.magnam. Et propte-
rea ad cõſtituendũ promiſſorẽ in mora hominis in-
terpellatio reqritur. Quare ſiue dicamus tẽpus octo
diẽ ipſi Hieronymo præfixũ in inſtrumento pacis
fuiſſe incertum an,& quãdo, ſiue ſolũ incertum q̃n,
quod negari non poteſt,ex illius curſu Hieronymus
in mora ꝯſtitui nõ potuit. Quinto† in promiſſione,
per quam ꝗs promittit aliquem ratificaturũ,& con-
ſequẽter ſe facturũ,& curaturũ, ꝙ talis ratificabit in-
fra octo dies poſt reditũ illius in patriam, nõ ſolum
eſt appoſita dies certa, quæ ſolet pro homine inter-
pellare, ſed etiam dicitur adiecta conditio de natu-
ra actus,uidelicet ſi Petrus filius tunc uiuet, quæ cõ-
ditio licet non impediat trãſmiſſionem,tamen actũ
ſuſpendit,& obligationẽ reddit cõditionalẽ,ut colli
gitur ex no. per gl.in l.ſi deceſſerit uer. ſiſtẽdi cauſa,
ff.qui ſatiſda. cogan. prout illã ſequitur,& declarat
Deci.in conſ.2.col.3.uerſi.uis tota,& loquitur ipſe,
quando quis promiſit aliũ habere ratũ ſimpliciter in-
tra certã dies:At in caſu noſtro nedũ tacita, ſed ẽt ex
preſſa cõditio dr̃ ineſſe ex eo,quod Hieronymus ꝓ-
miſit filiũ habere ratũ infra octo dies poſt eius redi-
tũ in patriam, & ſic infra octo dies inchoãdos à die,
quo in patriam fuerit reuerſus,qđ tẽpus dicitur om-
nino incertũ,ut ſupra declaratũ fuit,& importat cõ-
ditionẽ,ut in d.l.ſtipulatio, §.inter certam, & hr̃ per
Bart.in d.l.ita ſtipulatus,in col.27.in fi.uer.ergo &c.
Præterea hæc promiſſio, ꝙ infra octo dies filius rati-
ficabit poſt reditũ ſuũ in patriã, reſoluitur expreſsè
in cõditionem, videlicet ꝙ ſi filius in patriã redibit,
infra octo dies ratificabit: Et ſic multipliciter appa-
ret, ꝙ ultra diem certam octo dierũ eſt appoſita nõ
ſolum tacita,ſed etiam expreſſa conditio. Quo fit,ut
per lapſum huius temporis Hieronymus nõ dicitur
in mora conſtitutus,quia † dies non interpellat pro
homine, nec in mora conſtituit, quoties ante diem
nata eſt obligatio,ſecus ſi eodem tempore,quo dies
ueniret, obligatio orirẽt, ueluti etiam ſupra dixi ex
mente Bar.in d.l.ita ſtipulatus,in 3.q.& in col.17.18.
& 19.& in l.quoties, ff.de uer. obl. Et ita declarat ẽt
Decius in d.ſuo conſi.in 2.col.& faciũt ea,quę habẽ
tur per Bal.in princ.Sali.& alios in d.l.magnam, qui
hoc in caſu requirũt interpellationẽ fieri debere ad
hoc,ut promiſſor poſſit in mora cõſtitui:& in termi
nis noſtris hoc voluit Franc.de Aret.in cõſi.72.& fa
ciunt not.per Oldra.in conſi.242.¶Non põt ẽt dici,
ipſum Hieronymũ pœnam mille ſcutorũ incidiſſe,
propterea quia Petrus eius filius uulnerauerit Beliã
12 filiũ Iacobi eius inimicũ, † nam propter promiſſio-
nem factã in inſtrumento pacis nõ debet pati pęnã,
quia Hieronymus non promiſit, ꝙ Petrus eius filius
nõ offenderet Beliam,aut alium de agnatione dicti
Iacobi,quo caſu ex dicto uulnere in pœnam incidiſ
ſet,ſed ꝓmiſit, ꝙ filius infra tempus ratificabit: Vn-
de interim ſi filius aliquẽ de comprehenſis in inſtru
mento pacis offendit, pax nõ dr̃ rupta, neque pœna
cõmiſſa ex eo,quod offenderit, ut eſt de mente Bal.
in l.fi.C.ad macedon.per Are.in l.panthonius, ff.de
acquir.hæred. & per Bar. in l.ſi uxori, §. ſiquis, ff.de
13 adul.¶Similiter† nec per promiſſionẽ factã in inſtru
mento treguæ poteſt dici Hieronymũ dictam pęnã
incurriſſe,quoniam illa ꝓmiſſio,& pœna dicitur ſu-
blata,& extincta, ſeu nouata per inſtrumentũ pacis
ultimo loco celebratũ,in quo de tregua mẽtio facta
fuit: licet enim nouatio ipſo iure nõ fiat per ſequẽtẽ
nouam obligationẽ, niſi expreſsè dicatur, l.fi. C.de
nouatio. tñ ubicũque ſecunda obligatio nõ eſt cum
prima cõpatibilis, illique aduerſatur, inducitur no-
uatio,etiam ſi nõ exprimatur,ut eſt tex.in l.ualeria-
nus,ff.de preto.ſtipul.l.qui uſumfructũ.ff.de uerbo.
obl.l.cum in plures,ff.locati,l.omnes, ff.de noua.&
no.in §.præterea, Inſtit.quibus mod.toll.oblig.& hr̃
14 expreſsè per Bal.in d.l.fi.col.1.Præterea † ſaltem fit
nouatio etiam hodiè per uiã exceptionis,ut habetur
per Bar.Bal.Sali.& alios in d.l.fi.& per Bar. in l. oẽs,
15 ff.de nouatio.Sed† cõtractus treguæ,& cõtractus pa
cis ſe non compatiuntur, ut ratione eiuſdẽ ſubiecti,
hoc eſt eiuſdem inimicitiæ ſimul ſtare poſſint, quia
tregua præſupponit guerrã, & bellũ extare,pax uero
eſſe finitũ.& non extare,ut hr̃ in c.1.de tregua, & pa
ce per Mod.& alios,ergo per inſtrumentũ pacis fuit
extincta oĩs obligatio cõtracta ratione treguæ,& cõ
ſequenter dicta pęna mille ſcutorũ peti non poteſt.
¶Nec obſtat, ꝙ in inſtrumẽto pacis Hieronymus ꝓ
miſerit Petrũ filiũ ſuũ ratificaturum infra octo dies
poſt eius reditum in patriam,aliàs pœna mille ſcuto
rum aliàs impoſita in tregua facta per ambas partes
ſuper dicta inimicitia remaneat in ſuo robore pro
dicto Petro, ex quibus uidetur, ꝙ illa obligatio tre-
guæ,quæ fuerat per inſtrumentũ pacis extincta, ite-
rũ dicatur renouata, ſeu melius reſeruata in illo ca-
ſu ſpeciali quoad Petrum, nouata verò, & extincta
quoad oẽs alios caſus,aliaſque perſonas,quia rñde-
tur, ꝙ poſito illam fuiſſe reſeruatam, dicitur tñ reſer
uata,ſi ipſe Hieronymus eſſet in mora faciẽdi Petrũ
ratificare infra octo dies,&c. Sed is nõ fuit in mora,
ueluti ſupra latiſſimè offenſum eſt,ergo ſequitur, ꝙ
ſumus in caſu,quo pęna treguæ peti ñ põt,q̃m aliter
dicta pęna cõmittebatur uirtute cõtẽtorũ in inſtru-
mento treguæ,& nos in illo caſu nõ ſumus,& aliter
cõmitti poterat uirtute cõtẽtorũ in inſtrumento pa
cis,uidelicet ſub cõditione,& in caſu, quo Hierony
mus ñ fecerit Petrũ ratificare pacẽ cõtractã, & ſic ſi
ipſe Hieronymus fuerit in mora iſtud faciẽdi, ſed &
is ñ fuit ĩ tali mora,nec hmõi ꝯditio euenit,ut ſupra
dictũ eſt, ergo ad fauorẽ ipſius Hieronymi in p̃ſenti
cauſa iudicandum de iure eſſe exiſtimo. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Maſculinum in contractibus, & maximè in pœnalibus non con cipit fœmininum.*

2 *Hæc uerba in inſtrumento pacis appoſita alium, ſiue alios fœminas non comprehendunt.*

3 *Interprætatio contra eum, qui ſe in inſtrumento fundat, & qui legem apertius potuit dicere, ſemper in dubio eſt facienda.*

4 *Offendendo fratrem illius, quem non offendere ſub pœna promiſiſti, non committitur pœna.*

5 Pax

5 *Pax facta inter aliquos pro ſe, agnatis, & conſanguineis non rupta, neque pœna commiſſa ex eo, quòd in domo mulieris alicuius fuerit repertus.*

6 *Offenſa ex noua cā, & nō animo ſe vendicandi de antiqua iniuria pacē nō rūpit, neque pœnā cōmiſſam eſſe facit: & in dubio ſemper ex noua cauſa offenſa facta præſumitur, & num. 11.*

7 *Adulterans vxorem illius, cum quo pacem fecit, non dicitur pacem rupiſſe.*

8 *Idem eſt in rapiente filiam eius, cum quo pacem fecit,*

9 *Etiam ſi in rapiendo, & adducendo illam acriter percuſſerit.*

10 *Inſpicitur illud, quod principaliter agitur.*

12 *Offenſa quādo ex noua, & quādo ex antiqua cā facta p̄ſumatur.*

13 *Tregua, ſicut pax p̄ offenſam ex noua cā factá non dicitur rupta.*

14 *Abſenti cōprehēſo generaliter ſub pace, ſeu tregua nullum ius acquiritur, niſi ſequuta ratihabitione, quæ re integra ſit facta.*

15 *Paul. de Caſt. in l. bonorum, ff. rem rat. hab. tanquam contra communem opinionem loquutus refellitur.*

16 *Ratihabitio à principio, & quam primum quis ſcit, fieri debet, quando negotium ſola ratihabitione noſtrum efficitur.*

17 *Pater filio in poteſtate ſtipulari non poteſt, vt filio acquiratur, etiam ſequuta eius ratificatione, niſi illi poſt mortem ſuam ſtipularetur.*

18 *Ex contractu patris filius non obligatur obligatione voluntaria principaliter, & directo, niſi interueniente facto, & conſenſu ipſius filij.*

19 *Ex contractu patris quandoque filio acquiri poteſt.*

20 *Ex delicto dupliciter agi poteſt, & quomodo.*

21 *Ad pœnam fiſco ratione criminis applicandam quomodo agatur, & quomodo ad pœnam parti applicandam.*

22 *De crimine quando per accuſationem, vel inquiſitionem proceditur, reus eſt condemnandus ſolum ad pœnam fiſco, non autem parti applicandam.*

23 *De crimine an ciuiliter, an criminaliter agatur, magna eſt differentia, & quomodo.*

24 *Ad pœnam conuentionalem ex contractu ratione delicti, quæ ſit ſiue fiſco, ſiue parti, ſiue vtrique applicanda, non poteſt per viam accuſationis, vel inquiſitionis agi, ſed ſolum per uiam actionis tàm contra reum principalem, quàm contra eius fideiuſſores, & num. 28. & 29.*

25 *Condemnatus in iudicio inquiſitionis de crimine in dubio cenſetur condemnatus ſolum ad pœnam legalem, & non ad conuentionalem ex contractu debitam.*

26 *Ad pœnā delicti legalem parti applicādā non poteſt agi per uiam accuſationis, vel inquiſitionis, ſed ſolum per viam actionis.*

27 *Niſi pœna legalis ex legis diſpoſitione eſſet, & fiſco, & parti applicata.*

29 *Contra fideiuſſores pœnæ conuentionalis ex delicto quomodo agendum ſit.*

30 *Sententia lata contra reum principalem non mandatur exequutioni abſque nouo proceſſu contra fidriuſſores, qui etiam de iudicato ſoluendo in inſtrumento pro aliquo fideiuſſiſſent, ſecus ſi apud acta ita fideiuſſiſſent.*

31 *Promittens pro aliquo ſoluere quodcunque condemnatum, & iudicatum in cauſa inquiſitionis contra illum formatæ ſolum ad pœnam fiſco, & non parti applicandam ſe obligauit.*

32 *Fiſco, & multo minus priuato non acquiritur ex ſtipulatione iudicis, uel notarij, niſi ipſi pro fiſco, et priuato fuerint ſtipulati.*

33 *Confeſſio debiti, & promiſſio de illud ſoluendo intelligitur de debito, ad quod antea verè tenebatur, & non aliter.*

34 *Confeſſio erronea poteſt reuocari, etiam facta in iudicio parte præſente, & acceptante; & multo magis, quando abſente, & ignorante parte fuit facta, num. 36.*

35 *Confeſſionis error quando conſtare dicatur.*

37 *Confesſio iudicialis etiam iurata propter errorē poteſt reuocari.*

38 *Confesſio iudicialis nō nocet confitenti, niſi acceptata per partē, quamuis iudex, uel notarius illam acceptauerit.*

39 *Abſenti, pro quo aliquid factum fuit, non acquiritur, niſi ſequuta ratificatione re integra.*

40 *Sententia lata in iudicio criminali accuſationis, vel inquiſitionis prodeſt non ſolum fiſco, ſed etiam parti læſæ quoad pœnam legalem, ſed non quoad pœnam conuentionalem.*

EPITOME.

In pace facta inter aliquos pro ſe agnatis, & co[n]ſanguineis non comprehenditur filia fœmina, & ex eo, quòd quis domum dictæ fœminæ ingreſſus, repertus in ea fuerit, nec pax rupta, nec pœna commiſſa dicitur.

Ad pœnam conuentionalem pacis ruptę propter applicandam parti non poteſt contra aliquem agi, & ſententia in cauſa inquiſitionis cōtra reum principalē lata non poteſt contra eum, nec cōtra fideiuſſores exequi reſpectu pœnæ applicandæ parti etiam ſi in inſtrumēto promiſerint pro illo ſoluere quodcunque condemnatum, & iudicatum in cauſa inquiſitionis contra ipſum formatę.

CONSILIVM CCVI.

Super dubio propoſito, an Maria ſoror
Bernardini de Signorellis dicatur cō-
prehenſis in inſtrumēto pacis ita, quod
iniuria, & offenſa ei illata per illos
xis. videlicet per quendam Petronium de Sancta
Maria poſſit agere ad pœnam in inſtrumento
contentam, omiſſis ſuperfluis, breuiterque
dendo concludo, q̄ non, quoniam pax facta
parte dicti Bernardini pro ſe, & pro agnatis, & con-
ſanguineis, ut in dicto inſtrumento habetur, ſub qui-
bus uerbis Maria filia ipſius contrahentis nō dicitur
1 comprehenſa, nam † in contractibus, & maxime
pœnalibus maſculinum non concipit fœmininum,
ut eſt doctrina notabilis, quam doctores communi-
ter ſequuntur, Arch. in c. ſi quis ſuadēte in fi. 17.
q. 4. quam refert, & ſequitur An. Barb. in c. potuit
fin. extra de locato, & in terminis noſtris facit
uoluit Alex. in conſi. 113. in 2. volu. verſi. hoc
confirmatur, qui per plura ab ipſo allegata
2 † q̄ ex quo in inſtrumento pacis erant appoſita
uerba alium, ſiue alios, nō dicuntur hoc pacis inſtru-
mento comprehēſæ fęminę, quoniam iſta ſunt
ctiua ſui natura, & propria ſignificatione denotat
tantum maſculinum, quamuis ubi extēſio poſſit
cum habere, etiam fœmininā ex interpretatione
prehenderent, l. 1. §. de eo ff. de pecul. & eſt de mente
Iacob. Butrig. in l. ſi quis in tantam, C. unde ui, An.
in d. c. ſi quis ſuadente, & clarè firmat Io. de Im. in l.
ſi ita ſcriptum, ff. de lega. 2. in cle. 1. de electio.
conſi. ſuo incip. In caſu propoſito eſt diſcutiendum
& conſtat, q̄ in contractibus maſculinum non con-
cipit fœmininum, & ſic extenſio tunc locum non
habet, ut not. decidit Arch. in d. c. ſi quis ſuadente
quicunque, C. de ſeruis fugit. Io. de Im. in d. c. potuit
ad fi. & in d. l. ſi ita ſcriptum. ¶ Confirmantur prædi-
3 cta, nam † interpretatio ſemper fieri debet contra eum,
qui ſe in inſtrumento fundat, & contra eum, qui le-
gem potuit apertius dicere, l. ueteribus, ff. de pactis
& not. in c. in pręſentia extra de proba. Sed pro offen-
ſa, & iniuria facta in filiam pater Mariæ nihil in con-
tractu expreſſit, immò de filiabus, & deſcēdentibus
fœmininis, aut de offenſa, quæ in eas fieret, nulla in
dicto contractu mentio facta fuit, igitur hoc pro omiſ-
ſo haberi debet, l. quicquid aſtringendæ, ff. de uerb.
oblig. Ex quibus uidetur concludendum, q̄ de pace
rupta non potuerit contra Petronium de Sancta Maria
quiri ex eo, q̄ ipſe fuerit inuētus in domo dictæ Ma-
riæ, quæ non eſt de comprehenſis in inſtrumento pa-
4 cis, ut ſupra. Pro quo benè facit id, † quod
Dyn. in l. ſi ita ſtipulatus, §. griſogonus, ff. de uerb. ob.
dum dicit, q̄ per offenſam factam fratri illius, qui
promiſiſti ſub pœna non offendere, non committi-
tur pœna, quia nulla de perſona fratris mentio facta
fuit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſuit arg.l.ſi unus, §.ante omnia, ff.de pactis, & arg.
d.griſogonus. ¶ Secundo poſito, ſed non cōceſſo,
ꝙ in dicto inſtrumento comprehēderentur iniurię,
& offenſæ, quæ ēt in fœminas fierent, † tamen in ca-
ſu de quo agitur, nec pax rupta, nec pęna cōmiſſa di
ci debet ex hoc, ꝙ Petronius repertus fuerit in do-
mo dictæ Mariæ, qm̃ in dubio debet intelligi, atque
interpretari, ꝙ Petronius ingreſſus fuerit domū di-
ctæ Marię iuuenis pulcherimę potius ex alia cā uide
licet libidinis, quam animo illam offendēdi, per ea,
quæ voluit Bar.in l.uerū, ff.de furtis, & Paul.de Caſt.
in l.qui ſeruum, ff.de uerb.obl. † & dicit Alex.in cō-
ſi.115.lib.4. ꝙ ubi offenſa, uel iniuria fit non animo
antiquæ offenſa uendicandi, ſuper qua pax fuit facta, nō
debet pax intelligi rupta; & in dubio ſemper eſt præ-
ſumendum, ꝙ iniuria, & offenſa poſt factam pacem
ſit illata non ob cauſam antiquam, ſed ex noua,
& ſuperuenienti cauſa, quia hoc eſt benignius; & cū
ſimus in pęnalibus, hæc interpretatio benignior eſt
facienda, c.in pœnis, de reg.iur.in 6. l.ſi de interp̄ta-
tione, ff.de pœnis: & ideò in dubio faciēda eſt inter
pretatio, † ꝙ quis adulterauerit uxorem illius, cum
quo pacem fecit, magis cā libidinis, quam ſe ulciſcē
di ob offenſa antiqua, & conſequenter ꝙ nō dicatur
pacem rupiſſe, ad tradita per Bar.in d. l. uerū, & per
Paul. de Caſt. in d.l qui ſeruū, & hr̄ per Io. An in c.
fruſtra in mercurialibus de regu.iur.in 6. † & ex his
Alex.in d.conſi.113.lib.2.cōſuluit, ꝙ ſi alter ex ijs, q
ſub pœna pacem fecerunt, uiolenter filiā alterius ra
puerit, ex hoc non dr̄ pax rupta, nec pœna cōmiſſa,
quia debet intelligi illam rapuiſſe cauſa libidinis, &
ſic ex noua, & ſuperuenięti cauſa, † ēt ſi in rapiendo,
& conducēdo rapiēs illā acriter percuſſerit, grauesq́;
percuſſiones in eam intulerit, quoniam debet intel
ligi illatæ ad finē, ut ipſa ſe rapi, & cōduci pateretur,
& ſic non dēt pax, ſeu tregua dici rupta ex hmōi per
cuſſionibus, nam † inſpici dēt illud, qđ principaliter
agitur, l.ſiquis nec cauſam, l.rogaſti, ff.ſi cert. pet.d.
l.uerum, ff.de furtis, l.qui de crimine, C.de accuſ. Vn
de dicit no Bal.in l.1.§.1.ff.de iuſti.& iure, qđ ſi ſtatu
ta imponunt pęnā turbantibus ſtatū ciuitatis, debēt
intelligi de ijs, qui principaliter turbant, ſecus ſi ſe-
cūdario, uel occaſionaliter, arg.l. ſiquis ingenuam,
§.in ciuilibus, ff.de capti. Ita in caſu noſtro debet at-
tendi, ꝙ dictus Petronus, qui fuit ingreſſus domū ip
ſius Mariæ, dicatur ingreſſus potius cauſa libidinis,
quam iniuriæ inferendæ animo uēdicandi antiquā
iniuriam, & ſic ob nouā, & ſuperuenięte cām, & nō
ob antiquam, † quo caſu non pōt dici pax rupta, nec
pōt agi ad pęnā, de qua ī inſtrumēto pacis, ut voluit
Bar.in l.aut facta, §.cauſa, ff.de pęnis, per l.ſi de certa,
C.de tranſact.& l.cū quæritur, ff.de excep. rei iud.&
uoluit Bal. expreſsè in c. 1.in prin. de pace tenen. in
1.& 2.col.in vſu feudo. facit id, qđ uolūt Ant.de But.
& Io.de Im.in c.cum inter, per illū tex.de renuncia.
do.Alex.in l.ſemel mora, poſt Bal. ff.ſolu.matri.
in illa q.an in dubio offenſa, uel iniuria præſumatur
illata ex noua cā, an uero ex antiqua, dixit, ꝙ ſi qua-
litas nouæ offēſæ correſpōdet qualitati antiquæ offē
ſę, tunc in dubio offenſa dēt p̄ſumi illata ob antiquā
cām, & inimicitiā, ſuper qua pax fuit facta, & ſic di-
ceretur pax rupta: at ſi qualitas nouæ offenſæ nō corre
ſponderet qualitati antiquæ offenſæ, tunc pax nō dr̄
rupta, qa dēt præſumi offēſa facta ex alia noua cā, &
non ex antiqua, ut uoluit Bal.in l.ſi prædiū, in pen.&
ult.col. C.de ædil. actio. Sed qualitas huius offenſæ
nouæ in caſu noſtro, uidelicet ex eo, ꝙ Petronius in
greſſus fuerit domum Mariæ, in qua erat puella pul-
cherrima, nō correſpōdet qualitati antiquę offenſę,
quæ fuit facta in occidēdo hominem, ergo dēt præ-
ſumi potius, ꝙ cā libidinis fuerit dictam domum in
greſſus, & ſic ex noua cauſa, quā ex antiqua: Et quā-
uis aliqui in hoc differentiā faciant inter pacem, &
treguam, qm̃ pax non dr̄ rupta ob nouam offenſam
factam ex noua ſuperuenięti cā, ſed tregua benè dr̄
13 rupta, † tñ uerior de iure eſt illa opinio, ꝙ etiam tre-
gua non dicatur rupta, ſi ex noua, & ſuperuenięti cā
offenſa ſit ex poſt facto illata, vt uoluit Io. de Imo.in
d.l.qui ſeruum, quē ſequitur, & defendit Alex.ibi, &
melius in d.l.ſemel mora, qui dicit hoc uerius, & æ-
quius de iure eſſe. ¶ Præterea cōſiderandū eſt, ꝙ da-
to, ſed non conceſſo, ꝙ dicta Maria potuerit ex uer-
bis dicti inſtrumēti generalibus cōprehendi ſub pa
14 ce, ſeu tregua, † tñ ex quo illa tempore cōtractus pa-
cis nō erat præſens, non potuit ipſi aliquod ius ex di
cto inſtrumento acquiri, niſi illius ſequuta ratihabi-
tiōe facta re integra, hoc eſt antequam dictus Petro
nius fuiſſet dictā domū ingreſſus, ēt ſi fuiſſet ingreſ-
ſus animo dictā Mariā offendendi ob cauſam, & ini
micitiā antiquā, quia abſenti nō acquiritur, niſi rati-
ficatione re integra ſequuta: & in terminis pacis ru-
ptæ hoc voluit Bal. & Salic.in l fi. C. ad Macedo. per
Bar.in l.ſi uxor, § ſi quis uxorem, ff.de adul. faciunt
not.per Alex.in l.ſi mihi, & Titio, ff.de uerb.oblig.&
in l.quod meo in 2. col.ff.de acquir.poſſ.& per Ant.
de But.in c.accedens, de præben.& hæc ratificatio re
integra, & quam primū abſens ſciuerit, fieri debet,
alioquin illi non prodeſſet ad tradita per Alex.in l.ſi
uero, §.fi.ff de ſolu.Bal.in l.ſi tutor, C.in quibus cau.
reſti. in integrum, & in l.multum intereſt, C.ſiquis
alte uel ſibi, in l.ad officiū circa finem, C. commu.
diuid.in l ſi patruus, ibiq́; Salic. C.cōmunia utriuſq;
iudi. Bar.in l.qui mihi in 1.col.ff.de donatio. & in l.ſi
is, qui pro emptore, in 5.col ff de uſucapio.per Pau.
de Caſt.in l.fideiuſſores in fi.ff.de nego.geſtis, & di-
cit Bar.in l.nec ei, §.eorum, ff.de adoptio. ꝙ ſi nota-
rius nomine alicuius abſentis ſtipulatus fuerit, illi ñ
acquiritur niſi uoluerit ſibi acquiri: & Bal.in l.ſi ab-
ſentis, C.ſi cert.peta.inquit, ꝙ ſi tabellio, ut publica
perſona ſtipuletur nomine alicuius abſentis, qui nō
ratificauit, nec tabellio, nec ille, pro quo ſtipulatus
eſt, agit; Faciūt ad hæc l.ratū, ff.de ſolut.l.quo enim,
in §.iulianus, ff rem rat.hab. & tradita p̄ Bar.& alios
per illū tex.in l.bonorū, ff rē rat.hab. ¶ Non obſtant
no per Paul.de Caſt.in d.l.bonorū, qui in noſtris ter
minis ur̄ uoluiſſe cōtrarium eius, quod uoluit Bar.in
d.l.ſi uxor, §.ſi quis uxorē, & doct.magis cōiter, de q
15 bus ſupra: nam dico, † ꝙ cū opinio cōis doctorū ſit
contra Paul. de Caſt.ob eius ſingularē opinionē, nō
eſt iudicando recedendum à cōi ſententia ſcriben-
tium, qui uoluerunt, ꝙ ſi ante ratificationē factā ab
eo, qui erat abſens tempore contractus, ipſe fuerit
offenſus, nō dicatur pax rupta, neq; ille abſens poſſit
agere ad pœnā, quia ante ratificationē nullū fuit ſi-
bi ius acquiſitū, ex quo ante ratificationem ipſe non
dr̄ fuiſſe de comprehenſis in contractu pacis actuali
ter, ſed ſolum potentialiter ad tradita per Bal. in d.l.
fi.& melius ibi per Sal. Et ideò reiecta opinione Pau
li de Caſt.in d.l.bonorum, in conſulendo, & iudicā-
do ſequi debemus opinionem communem, de qua
ſupra, arg.c.ne innitaris, ibiq́; Io.An.& alij, extra de
conſtitut. Nec aduerſatur ratio Pauli Caſt.ibi uolen
tis, ꝙ pax etiam abſentis nomine facta per offenſio-
nem abſent factam ante ratificationem ſuam dicat̄
rupta, qm̃ nihil debebat innouari pendente poteſta-
te ratificandi per tex.in d.l.bonorū, & ut dicit Bal.in
d.l.fi.abſens nō debuit temerè offendi, nec præcipi-
ti feſtinantia inuadi, quia implicitus erat ei ſtatus
pacis. argum.l.fin.ff.ex noxa cau agatur, l.2.§.ſi ma
16 ter, ff. ad Tertullia. Nam reſpondetur his, † quòd
quan-

quando negotiũ efficitur noſtrũ ſola ratih abitione,
requiritur, ꝙ à principio, quam primum ſcio, ſtatim
habeam ratũ, & tunc ſtatim per ratificationẽ nego-
tiũ efficit̃ meũ, alioquin abdicat̃ à me perpetuò nec
poſtea ẽt ſi uellem ratum habere, negotium effice-
retur meũ, dummodo nimis præceps feſtinantia nõ
imputaretur, ut probatur in l. diſpenſatorem cũ gl.
ibique Paul. de Caſt. in ult. col. ff. de ſolut. faciũt no.
per Bal. & Salic. in d. l. fi. per Alex. in l. uero in fi. ff. de
ſolut. Bal. ĩ l. ſi tutor, C. in quibus cau. reſtit. in integ.
l. ratũ, ff. de ſolut. l. quo enim, ff. rem rat. hab. Sed di-
cta Maria quam primum ſciuit, & potuit, non ratifi-
cauit, ergo &c. quicquid dixerit Paul. Caſt. in d. l. bo-
norum, cuius rationẽ Bal. in d. l. fi. pro rõne dubitan
di allegauit, & illa nõ obſtante dixit cõtrariũ uerius
eſſe. ¶ Vltimo conſiderãdum eſt, ꝙ pater Bernardi-
ni, & Mariæ fuit pro agnatis, & cõſanguinei ſtipula-
tus, p acemq́ue cõtraxit non nomine expreſſo ipſius
Mariæ, ſed per illa uerba generalia, ſub qbus non po
tuit cõprehendi Maria filia, quæ erat abſens, tũ quia
maſculinum in contractibus, & pœnalibus non con
cipit fęmininũ, ut ſupra, tum ẽt qa ſi pater uoluiſſet
acquirere, & ſtipulari ipſi filię, ut ſibi in uita patris ac
quireretur, ẽt ſequuta ratificatione, profectò nõ poſ
ſet, quia † pater filio in poteſtate ſtipulari non põt, vt
17 ipſi filio acquiratur, niſi pater illi poſt mortẽ ſuã ſti-
pularetur, alioquin pater purè ſtipulando ſibi, & nõ
filio diceretur acquirere, gl. in §. ſi quis alij, Inſtit. de
inutil. ſtipul. ergo Marię filię nullo modo in caſu, de
quo agitur, dici põt ius agẽdi ex contractu & ſtipu-
latione patris ſui acquiſitũ, etiam ſequuta ipſius rati
ficatione, & cõſequenter illa, ſeu alius eius nomine
nõ potuit agere ad pęnam conuentã in inſtrumẽto
pacis. Et ſic ex præmiſſis ur̃ concludendũ, ꝙ contra
Petronium de Saxis nõ potuerit de pace, ſeu tregua
rupta inquiri, & tanto minus qđ intelligo ipſum Pe-
troniũ fuiſſe abſentẽ tempore, quo celebratus fuit
cõtractus pacis: Et quamuis etiam eius nomine pax
fuerit cõtracta, tñ ex quo ipſe fuit abſens, & nunquã
inſtrumentũ pacis, nec cõtenta in eo ratificauit, nõ
uideo, quomodo ipſe pacẽ, ſeu treguã rupiſſe dicat̃,
18 † cum ex ꝯtractu partis filius nõ obligetur obligatio
ne uoluntaria principaliter, & directè, niſi ipſius fillj
facto, & cõſenſu interueniẽte, l. fi. §. 1. cũ ibi not. ff. de
uer. obl. hr̃ per Bal. in l. ſi infanti, in 9. oppoſi. C. de iu
re delib. Sed nos ſumus ĩ obligatione uolũtaria prin
cipaliter, & directè, ergo ex cõtractu, & promiſſione
patris filius nõ potuit in uita patris obligari nõ inter
19 ueniẽte conſenſu ipſius filij, † quamuis ex cõtractu,
& ſtipulatione patris poſſit qñque filio acquiri, ſecũ
dũ quod hr̃, & no. in l. quod dicitur, ff. de uer. obl. vbi
habetur, quãdo acquiratur filio ex contractu patris:
Sed in caſu noſtro Petronius filius nec poſt contra-
ctũ, nec in ipſo contractu pacis conſenſit, neque rati
ficauit promiſſionem, & obligationẽ factam à patre
eius nomine, ergo ex illa Petronius ñ potuit obliga
ri, & ideò ꝯ eum non potuit agi, nec inquiri de pace
rupta ad pęnã promiſſam in inſtrumẽto pacis p eius
genitorẽ. Et hæc eſt ueritas. ¶ Scđo principaliter du-
bitatur, poſito, ſed nõ ꝯceſſo, ꝙ potuerit cõtra Petro
niũ inquiri ad pœnã cõuentionalem, & inſtrumẽta
lem de pace, ſeu tregua rupta reſpectu partis fiſco ap
plicandæ, An potuerit ꝯ eum inquiri reſpectu partis
applicandæ parti læſę: Et an ſententia lata in cã inq-
ſitionis ꝯtra ipſum Petroniũ poſſit exequutioni mã
dari cõtra eũ & illius fideiuſſores reſpectu partis pę
næ parti offenſę applicãdæ: Et omiſſis hinc inde alle
20 gationibus, ꝯcludo ꝙ nõ, Præſupponẽdo prius, † ꝙ
ex delicto agi põt dupliciter, uidelicet criminaliter,
& ciuiliter, & hi modi ſunt diuerſi, & in ſubſtãtia dif

ferũt, vt in l. fi. ff. de furtis, & ĩ l. fi. ff. de priua. deli. Cri-
minaliter agitur per uiã accuſationis, inquiſitionis,
denũciationis, exceptionis, & notorij, c. qualiter, &
quando, c. ſuper his, & c. inquiſitionis de accuſa. c. li-
21 cet heli de ſimo. Et † ad pęnã fiſco applicandã ratio-
ne criminis agitur per uiam accuſationis, uel inqui-
ſitionis, & nõ per uiam actionis: Ciuiliter autem a-
dicitur de crimine, quando per uiam actionis agitur
ad pœnam parti applicandam, ut uoluit glo. in d. l. fi.
ff. de priua. delict. & in l. 3. ff. de ſepulc. uiola. & ibi-
q́ue Bar. qui in d. l. 3. inquit hãc eſſe uerã, & commu-
nem opinionem, quam doct. omnes ſequũtur: fac.
tex. Inſti. de publ. iud. in prin. & tradita per Bar. in ru.
ff. de publ. iud. & optimè per eundem in extrauag. ad
reprimen. in uer. p accuſationẽ: Et Ang. Are. in ru.
& in prin. Inſti. de publ. iud. uoluit, ꝙ ad pęnam fiſco
applicandam agatur per accuſationem, ad pœnam
uerò applicandam parti agatur ſolum per uiã actio-
nis, quæ oritur ex obligatione ex delicto oriente, &
clarè hoc ſenſit Bar. in l. agraria, ff. de term. amo. in-
quiens, ꝙ ex quo ille tex. uult actionem competere
ad pœnam, debet intelligi de pœna applicanda par-
ti, quia ad utilitatem priuatam nunquam agitur ad
pœnam, niſi per uiam actioni, quæ eſt ius perſequen-
di &c. Sed quando lex uellet per accuſationem, uel
re procedi, tunc pœna eſſet fiſco applicanda, & du-
bium foret, cui eſſet applicanda, ut quia lex expreſſe
hoc non diceret, tunc in dubio eſſet fiſco applicãda,
& eſſet procedendũ per uiam accuſationis, uel inquiſi-
tionis, ut ibi per Bar. & Ang. in loco præællegato, ex
22 prædictis infert, † ꝙ quando proceditur per uiam ac-
cuſationis, uel inquiſitionis de crimine contra ali-
quẽ, tunc reus ſolum eſt condemnandus ad pęnam
applicandam fiſco, & non parti læſæ, ſeu offenſæ ex
delicto, quia ad utilitatem partis, & priuatam non per
uiam accuſationis, uel inquiſionis, ſed actionis
23 eſt condemnandus: Et † inter hos modos agendi de
crimine ex maxima differẽtia tàm reſpectu effectus,
q̃ reſpectu ordinis iudiciarij, nam maior ordo ſeruan-
dus eſt, quãdo de crimine agitur ciuiliter, quàm cri-
minaliter, qm̃ omiſſio ordinis iudicij redderet pro-
ceſſum nullum, ſecus ſi criminaliter, ut eſt tex. cum
ibi not. per gl. & doct. in c. 1. ut lit. non conteſt. ¶ Et
24 præſuppono, † ꝙ ad pęnam conuentionalem, & pro-
miſſam, ſeu debitam ex contractu, quæ ſit applicãda
ſiue fiſco, ſiue parti, ſiue utrique, non poteſt agi per
uiam accuſationis, uel inquiſitionis, ſed ſolum per
uiam actionis orientis ex obligatione oriente ex con-
tractu, & ſtipulatione, quoniam nullibi reperitur, &
aliter dicere eſſet in terminis errare, ꝙ ex cõtractu,
ſeu ſtipulatione oriatur accuſatio, uel inquiſitio, ſed
naſcitur actio mediãte obligatione, l. licet, § ea obli-
gatio. ff. de procur. Accuſatio autem, & inquiſitio
ſunt remedia, quæ ex delicto naſcuntur, & non ex cõ-
tractu, ut inſt. de publ. iud. in prin. d. c. qualiter, & c.
il 2. & habetur per Bar. in d. extrauag. ad reprimen.
in uer. & per accuſationem: Et optimè ad propoſitum
faciunt not. per eundem Bar. in l. 1. in fi. prin. &
ſenatus, § ſenatus, ff. de iure fiſci & in l. capitis,
Alex. in apoſt. ff. de fideiuſſo. ubi Bar. pręſuppo-
quando de crimine agitur ad utilitatem publicam
& fiſci, & ſic per uiam accuſationis, uel inquiſitionis,
tunc quilibet poſſit agere, quoniam ius accuſandi
eſt publicum, ut hr̃ Inſti. de publ. iudi. Et tunc
poterit exigere pœnam criminis applicandam
parti læſæ abſque nouo proceſſu, loquendo de pœna
criminis à lege, uel ſtatuto impoſita: Nam ſententia
lata in iudicio criminali accuſationis, uel inquiſitio-
nis pro fiſco, proderit parti, & priuato quoad pœ-
criminis legalem priuato applicãdam: Sed Bar.
quando

quando agitur de pœna conuentionali, clarè præſuppo
nitur, q illa exigatur agendo, & ſic per uiā actionis, qa
impoſſibile eſt, q conuentionalis aliter poſſit exigi,
q per uiā actionis, & non per uiā accuſatio
nis, & inquiſitionis, cū ex conuentione non oriatur
accuſatio, nec inquiſitio, ſed obligatio, & ex obliga-
tione actio, ut Inſti. de pub. iud. iunctis no. ibi per gl.
& iuncta d. l. licet, §. ea obligatio, & hr per Bart. in d.
l. & Ang. cū ſi. ſupra allegatis. ¶ Stantibus præmiſſis
patet, † q ſi ꝯ aliquē de crimine fuiſſet proceſſum
per uiā inquiſitionis, & ipſe, eiusq; fideiuſſores fuiſ-
ſent ad pęnā condēnati, in dubio cenſerentur ſolū
condēnati ad pœnā legalē à lege, vel ſtatuto impo-
ſitā, & non ad conuentionalē ex ꝯctu debitā; Qui-
nimmo † ēt ad pęnā parti applicandā ex delicto nō
poteſt agi per uiā accuſationis, uel inquiſitionis, ſed
ſolū per uiā actionis per not. per Bart. in d. l. agraria,
ff. de termi. amo. in l. 3. ff. de ſepul. uiola. & in d. l. fi. ff.
de priua. delic. cum ſi. ſupra allega. poſt Ang. Are. in
§. item in prin. Inſti. de publ. iudi. † Niſi pœna legalis
à lege, uel ſtatuto impoſita ex eiuſdem diſpoſitione
eſſet partim fiſco, & partim parti applicanda, & ſic
eſſet utriq; cōis, quia tunc rōne unionis iuxta tex. in
l. ſi patri cū ibi not. ff. de acq. hæred. ſententia lata
in iudicio criminali, in quo fuiſſet criminaliter pro-
ceſſum per uiā accuſationis, uel inquiſitionis prode
eſſet parti, & fiſcus, uel eius procurator poterit totā
pœnā legalē exigere, partēq; poſtea aſſignabit parti,
cui erat applicanda, & ita propriè loquitur Bar. in d.
l. 1. in prin. & ī l. ſenatus, § ſenatus, ff. de iure fiſci, &
in d. l. capitis, & hoc eſt, quod voluit Ang. Are. in tra
ctatu de malef. in uer. ſoluendis, & dandis: Sed q ad
pœnā pecuniariā conuentionalē, & debitā ex ꝯctu
poſſit agi per uiā accuſationis, uel inquiſi-
tionis ēt ad vtilitatē fiſci, nullibi legitur, & qui hoc
diceret, mirū in modū erraret: † Vnde cum in termi
nis noſtris per uiam inquiſitionis fuerit de crimine
proceſſum, & ſic principaliter ad vtilitatē publicā,
Petronius, & eius fideiuſſores non potuerunt condē
nari ad pęnā conuentionalē ēt fiſco applicandā, ne-
dum parti lęſæ, qm̄ hmōi pęna peti pōt duntaxat per
uiam actionis, & conſequenter porrecto libello, li-
te conteſtata, & ſeruato ordine iuris, & iudicij iuxta
tex. in l. lite non conteſta. ibiq; glo. & doct. l. prolatā.
C. de ſenten. authen. offeratur. C. de litis conteſtat.
cū ſi. Præterea non video, † quomodo ꝯ fideiuſſores
potuerit procedi ad pęnam conuentionalē promiſ-
ſam per uiam inquiſitionis, quia cum ipſi obligati
ſint duntaxat ex contractu, & ſtipulatione, ex quo
ipſi non deliquerunt, ut arg. l. qui duobus, §. qui iu-
rauit, ff. de iureiur. & Inſtit. de fideiuſſo. circa finem,
ſequitur, q ipſi debuerunt, & potuerunt ſolum con-
ueniri ex ſuo ꝯctu, ſeu promiſſione ab eis facta, ex
quo oritur actio, & non inquiſitio: & conſequenter
poſito, non autem conceſſo, q per hunc modū agē-
do per viā inquiſitionis Petronius potuerit ad pœnā
conuentionalē condemnari, quod tn̄ negatur, & fal
ſum eſt ex prædictis, non video, q fideiuſſores inſtru
mentarij, qui inſtrumento pacis adhibiti fuerūt, po
tuerint in hoc inquiſitionis iudicio abſq; nouo pro-
ceſſu condēnari, nam cū dicātur fideiuſſores ꝯctus,
& inſtrumentarij, non potuit ꝯ eos agi, niſi per uiā
actionis, & conſequenter nouus libellus ꝯ eos pro-
duci, & ad ſententiam diffinitiuam in alio iudicio
procedi debuit, ut not. voluit Raph. Cuma. in con-
ſilio ſuo 32. circa medium: † Quod confirmatur ex ijs,
quæ not. voluit Bal. in addit. ad Specu. in tit. de ſent.
in 6. col. in uerſi. Item contra fideiuſſores &c. qui uo
luit, q qn̄ aliquis pro alio fideiuſſit in inſtrumento
etiam de iudicato ſoluendo, ſententia contra reum
principale lata non pōt ꝯ fideiuſſores abſque nouo
proceſſu exequutioni mandari, ſed requiritur, q cō
tra ipſos de nouo agatur actione ex ſtipulatu produ-
cendo libellum principaliter cōtra eos, qm̄ tales di-
cuntur fideiuſſores ꝯctus, & nō iudicij, ſecus ſi fide-
iuſſiſſent non in inſtrumento, nec in contractu, ſed
apud acta notarij, & in ipſis actis, at in caſu noſtro fi-
deiuſſores inſtrumentarij, qui in contractu pacis fi-
deiuſſerunt non pro Petronio, ſed pro eius patre, itē
illi, qui fideiuſſerunt pro ipſo Petronio, fideiuſſerūt,
& promiſerunt de iudicatum ſoluendo non in ipſis
actis, ſed per uiam inſtrumenti ſuper hoc celebrati,
ergo &c. ¶ Ex prædictis ēt infertur, quod ſententia
lata contra Petronium in cauſa inquiſitionis, maxi
mè quoad pęnā parti applicandā, non nocet fideiuſ-
ſoribus, qui pro ipſo Petronio fideiuſſerunt, dū erat
detentus, & ꝯ eū in cauſa inquiſitionis procedebat̄,
& ꝯ illos ſaltē reſpectu pœnæ applicandæ parti non
potuit, neq; pōt exequutioni mādari ad inſtantiam
partis aduerſæ, per ea, quæ ſupra fuerunt adducta, &
31 per plura alia ſtatim ſubiungenda. & in primis, † qa
vr̄, prout verū eſt, q Benedictus, & Georgius, qui p
Petronio, dū erat detentus, & ꝯ eū in cauſa inquiſi-
tionis procedebatur, fideiuſſerunt, ſolū ſe obligaue
rint ad ſoluendā pœnā applicandā fiſco, & non par-
ti, ergo hæc eorum promiſſio non debet extendi ad
pęnam parti applicandā ab eis non promiſſam, arg.
l. quicquid aſtringendæ, cum ſimi. ff. de uerb. oblig.
Nam ipſi promiſerunt pro Petronio ſoluere quod-
cunq; condemnatum, & iudicatū in cauſa inquiſi-
tionis formatæ contra ipſum Petroniū, ut in inſtru-
mento promiſſionis ab eis factæ continetur, ſed Pe-
tronius in cauſa, & iudicio inquiſitionis cōtra ipſum
factæ non potuit cōdemnari, nec iudicari quoad pę
nā promiſſam in contractu pacis parti applicandā,
ſed ſolum quoad pęnā fiſco applicandā, quin immò
ſolum quoad pœnā legalē fiſco applicandam, ut ſu-
pra dictum, & probatum fuit, & eſt veriſſimū, ergo
dicti fideiuſſores ſolū dicuntur promiſiſſe, & ſe obli
gaſſe ad pœnā ſolū fiſco applicandā: Et hæc eſt uiua
rō iudicio omnium rectè intelligentium. ¶ Præte-
rea & ſecundo ex quo præfati Benedictus, & Geor-
gius, qui pro Petronio fideiuſſerunt, ſimpliciter pro
miſerunt ſoluere oē, & quodcunque iudicatum, &
condemnatum in iudicio inquiſitionis cōtra Petro
niū formatæ, nec apparet, q notarius, ſeu iudex fue-
rit aliquid pro parte aduerſa ſtipulatus, ſequitur, q il
li ex tali promiſſione nō pōt dici aliquid acquiſitū,
32 quia † ad hoc, ut illi acquiri potuerit, neceſſe fuit, q
notarius, vel iudex tanquam publica perſona fuerit
expreſsè ſtipulatus: Quinimmò mediante notario,
uel iudice non pōt ipſi fiſco aliquid acquiri, niſi ex-
preſsè notarius, vel iudex ſibi uti publicæ perſonæ
fuerit pro fiſco ſtipulatus, ut in terminis voluit Bar.
quē cęteri ſequuntur, in l. 1. in fi. in prin. ff. de iure fi-
ſci, & in l. arbiter, ff. de arbit. no. in §. ſi quis alij Inſti.
de inutil. ſtipu. l. ſi pupillus, ff. rem pupil. ſal. fore, per
ſona. n. extrinſecus non eſt præſumenda, l. ſi ita ſtipu
latus, §. griſogonus, & ibi Bart. ff. de uerb. obli. Sed in
caſu noſtro notarius, ſeu iudex expreſsè ſibi, ut publi
cæ perſonę nō fuit pro parte, q̄ prætēdit ſe lęſā, nec
pro fiſco ſtipulatus, ergo ex tali promiſſione nō pōt
dici ipſi fiſco, vel ſaltē ipſi parti aliqd acqſitū. ¶ Nō
obſtat, q Benedictus, & Georgius fideiuſſores de mā
dato R. D. Cōmiſſarij, & Auditoris, & non ad inſtan
tiā, & petitionē partis aduerſę, immo illa abſente, &
ignorāte corā p̄fato R. D. ꝯfeſſi fuerunt ſe teneri ad
ſoluendū ducatos ducentos, & ad ſoluēdū terminū
viginti dierū acceperunt, præſtiteruntq; alios fide-
iuſſores, q præfato R. D. ut ſupra, promiſerunt, ergo
uigore

uigore huius cõfeſſionis iudicialis, & acceptationis
termini exequuto cõtra ipſos, eorumq́; fideiuſſores
fieri potuit, & poteſt, quia in confeſſum nullæ ſunt
partes iudicis, niſi in exequẽdo l. 1. & ibi Bar. & Pau.
de Caſt. & alij, ff. de confeſſ. cum ſimilibus: Qm̃ re-
33 ſpondetur, primo, † ꝙ hmõi confeſſio, & acceptio
termini ad ſoluendũ dictos ducatos ducẽtos debet
ĩtelligi de illa pęna, ad quã Benedictus, & Georgius
ſe obligauerunt, & ad quã ex eorũ promiſſione pri-
mo loco facta tenebantur, & non de alia, quia ſecũ-
da ab illa prima obligatione, & promiſſione depen-
debat, & actus agentiũ vltra eorum intentionẽ non
operantur, l. ſiquis nec cauſam, l. rogaſti, ff. ſi cer. pet.
Sed ipſi prius ſe non obligauerunt ad pęnã applican
dã parti, ſed ſolũ fiſco, vt ſupra clarè fuit demonſtra
tũ, ergo hæc confeſſio, terminiq́; acceptio ad ſoluẽ-
dũ ſimpliciter facta debet intelligi de illa pęna, quã
ſoluere prius promiſerunt, & ad quã prius ſe obliga
uerunt, & ſic non de pœna applicanda parti, ſed fi-
ſco. Et præmiſſa ſuadentur ex uerbis confeſſionis fa
ctæ, quæ fuerunt ſimpliciter, & imperſonaliter pro-
lata, & ex eis nõ apparet, cui fuerit promiſſum infra
viginti dies ſoluere, ergo in dubio debet intelligi,
ꝙ fuerit promiſſum ſoluere illi, cui Benedictus, &
Georgius tenebantur, priusq́; promiſerũt, & conſe-
quenter fiſco, & nõ parti ꝑ prædicta, & per ea, q̃ habẽ
tur per Bar. in d. l. agraria, & in l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſti
puler. ff. de verb. oblig. cũ ſi. ſupra allegatis: Et hæc ẽt
cõfirmantur ex uerbis cõfeſſionis, ſeu promiſſionis
factę tpe confeſſionis ipſorũ Benedicti, & Georgij,
qui dixerunt, ꝙ ſcientes ſe fideiuſſiſſe, & obligatos
fuiſſe, & eſſe vigore ſententię diffinitiuæ condemna
tionis lata ꝯ Petroniũ de Saxis ipſi promiſerunt in-
fra viginti dies ſoluere, & ſic ſe retulerunt ad promiſ
ſionẽ prius factã, & ad ſententiã contra Petroniũ la-
tam: Sed uigore dictæ promiſſionis, & ſententiæ ip-
ſi non poterant dici obligati ad pęnã conuentiona-
lẽ maximè parti applicandã, ſed ſolũ fiſco applican-
dam, vt ſupra fuit probatũ, ergo confeſſio, & promiſ
ſio confeſſionis tpe facta eodẽ modo debet intelli-
gi: Alioquin ſi diceretur, ꝙ ipſi fuiſſent confeſſi, &
promiſiſſent, terminumq́; accepiſſent ad ſoluendũ
partẽ pęnæ applicandã parti, & ſic confeſſio facta eſ-
ſet de parte pęnæ applicandæ parti, profectò talis cõ
feſſio diceretur facta per errorẽ, & de errore eius cõ
34 ſtaret, quia conſtaret rẽ aliter ſe habere, † ergo talis
confeſſio tanquã erronea potuiſſet per dictos Bene
dictũ, & Georgiũ reuocari, prout per eos reuocata
fuit, & de reuocatione cõſtat in actis, & hoc ꝑ ea, q̃
not. uolunt doct. oẽs videlicet Ant. Abb. & alij in c.
ſi. extra de confeſſ. Bar. in l. nõ fatetur, ff. eo. ti. & in l.
de ætate, §. qui iuſto, ff. de interrog. actio. per tex. cũ
gl. in l. cum de indebito in princ. ff. de probatio. Bar.
in l. error in 1. col. & ibi alij, C. de iuris, & fac. ignor.
Bald. in l. gallus, §. quidã rectè, ff. de lib. & poſth. in 2.
col. & ſequitur Rom. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de
verb. obli. qui volunt, ꝙ cõfeſſio facta in iudicio per
errorem ẽt parte præſente, & acceptante poſſit reuo
cari ẽt ex interuallo, ita ꝙ poſt reuocationẽ confitẽ
35 non nocebit; & † de errore dr̃ conſtare, qñ apparet
rem aliter ſe habere, ut declarant doct. omnes in lo
cis præallega. & maximè Bar. in d. l. non fatetur poſt
glo. & eſt gl. in d. l. de ætate: Sed in caſu noſtro appa
ret rem aliter ſe habere, quam fuerit cõfeſſio facta,
vt ex multis præmiſsis colligitur, ergo &c. Pręterea
36 † ex quo talis confeſsio facta in iudicio fuit facta ab
ſente parte, & ignorante, nec illam acceptante, non
põt nocere cõfitenti, uel ſaltem de iure potuit reuo-
cari, & maximè ex quo conſtat de errore, ut uoluit
Cyn. in l. 1. in 6. q. C. de confeſſ. & ſequitur Salic. in
l. iubemus, C. de libe. cau. & in l. generaliter, C. [...]
nu. pecu. qui dicit ſe ita ſæpe conſuluiſſe, & [...]
ſe, & hr̃ per Alex. in ſuo conſi. 112. in 3. vol. [...]
in uerſi. præterea, qui volunt confeſsionem [...]
iudicio etiam non erroneam non nocere co[...]
ti, & poſſe reuocari, qñ facta fuit parte abſente [...]
37 non acceptante. Et † do. Ant. in d. c. ſi. voluit co[...]
ſionem iudicialem per errorẽ factã poſſe re[...]
ẽt ſi fuerit iurata, vt ibi plenè hr̃, qui not. [...]
38 ¶ Præterea † Spec. in tit. de confeſſ. in §. ſeq[...]
7. ibiq́; Ioan. And. in addi. & Bar. in l. ſi cũ [...]
ff. de act. emp. & Alex. in l. ſi mihi, & Titio, [...]
oblig. ſentiunt, ꝙ confeſsio facta in iudicio [...]
ſente, quæ etiam fuerit per notarium, uel [...]
publicã perſonam acceptata, non proſit ipſi [...]
ſenti, & conſequenter confitenti non noce[...]
per partem abſentem fuerit acceptata, illam [...]
abſens ratificauerit, ad quod faciunt not. per [...]
alios in l. communis, ff. de acq. poſſ. & in l. [...]
& doct. C. per quas perſo. nob. acqui. Nam [...]
39 pro quo aliquid factum fuit, non acquiritur [...]
quuta ratificatione per plura ẽt, quæ ſupra a[...]
Et ratificatio debet fieri re integra exiſtente [...]
ſi uxor, §. ſiquis uxorem, ff. de adult. l. bon[...]
rem rat. hab. Ant. de Butr. in c. accedens [...]
ſimil. Sed in caſu noſtro res non dicitur in[...]
lis iam fuit inchoata, & cõfeſsio fuit propter [...]
reuocata, ergo &c. ¶ Et ſi diceretur, ꝙ fide[...]
dati per Benedictum, & Georgium tempo[...]
terminum ad ſoluendum ducatos ducentos [...]
runt, fideiuſſerunt, & promiſerunt ſoluere [...]
in pleniſsima forma, ergo ipſi ad ſoluendum [...]
teneri, & cogi poſſunt: reſpondetur primo [...]
ipſi ſe obligauerunt per uiã inſtrumenti, [...]
eos abſq; nouo proceſſu fieri exequutio [...]
cta. Secundo dico, ꝙ non promiſerunt ſolu[...]
catũ, nec condemnatum, ſed aliter, ut ex [...]
miſsionis apparet, ergo nouus proceſſus co[...]
requiritur per ea, quæ uoluit Bal. in addit. ad [...]
in tit. de ſenten. & dixi ſupra poſt Raph. Cum[...]
ſuo conſilio. Tertio dico, ꝙ ex quo contra Bene[...]
ctum, & Georgium, pro quibus hi fideiuſſerunt [...]
potuit fieri exequutio ſententiæ reſpectu pęnæ [...]
candæ parti per ſupra allegata, eodem modo [...]
tra fideiuſſores illorũ fieri poteſt, qm̃ exceptio [...]
petens principali competit etiam eius fideiuſ[...]
defenſio cum ibi notatis. C. de exceptio. ¶ No[...]
40 ſtant † etiã prædictis not. per Bar. in l. 1. in prin. [...]
l. ſenatus, §. ſenatus, ff. de iure fiſci, & in l. capi[...]
ibi not. per Alex. in addi. ff. de fideiuſſ. & per A[...]
tractatu malefic. in uerb. ſoluendis, & dandis [...]
videntur uelle, ꝙ ſententia lata in iudicio cri[...]
li puta accuſationis, uel inquiſitionis proſit n[...]
fiſco, ſed etiam parti læſæ ita, ꝙ fiſcus, uel proc[...]
tor poſſit totam pęnam exigere, & partem pęn[...]
ti læſæ ſoluere, ut ibi; quia ex præmiſsis reſpon[...]
tet, loquuntur. n. ipſi de pęna criminis, & ſic de [...]
legali à lege, uel ſtatuto impoſita, & non de [...]
merè conuentionali, & inſtrumentali, uelut [...]
plenius dixi, & declaraui: Et ex his liquidiſſ[...]
paret de bono iure dicti Petronii, & melius [...]
mo iure fideiuſſorum nedum primo, ſed et[...]
cundo, & tertio loco adhibitorum. Laus Deo

S V M M AE.

1 *Vſuras improbas exigendo quis dolum committit.*
2 *Et in quod crimen, & in quam pęnam incidat.*
3 *Vſuræ omnes hodie omni iure prohibitæ, & improbæ.*
Et quomodo de iure ciuili nu. 41. & 43.
4 *Vſu[...]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN